



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Fieri non posse, vt quisqua[m] simul & Deo, & diabolo seruiat. 80.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

Habet iam fiduciã in die iudicij:
 non cõtra se pugnat, quãdo orat,
 & dicit, Adueniat regnũ tuũ. Qui
 enim timet ne veniat regnũ Dei,
 timet ne exaudiatur. Et quomo-
 do orat, qui timet ne exaudiatur?
 Qui autẽ orat cũ fiducia, charitas
 in eo optat vt regnũ Dei veniat.

Fieri non posse, vt quisquã simul
 & Deo, & diabolo
 seruiat.

80.

*Qui simul Et Belie cupit inservire, Deo que,
 Et sequitur que mens, que caro mollis amat,
 Ille operam ludit. nec enim Deus illa moratur
 Obsequia, ad geminos que referuntur heros.
 Qui duplices dominos amplecti nititur vna:
 Ille videre duo nititur ora simul
 Ille vna e manibus blandẽ mulcet que fouet que:
 Atque vna rursus verberat ora manu.*

SCHOLIA.

*Qui simul Et Belie) Gregorius
 Naz. in carmine de Virginitate
 amphibiis animantibus eos ele-*

S A C R A

ganter comparat, qui simul &
Deo & mundo seruire instituit.
Atque etiam paulò post his ver-
bis vtitur.

*Namque duplex veluti cernens caput oraque li-
na,*

*Aut etiam geminas spectans in codice chartas
Non totam verè poterit comprehendere formam,*

Id licet obnixè studeat, sed parte retenta,

Effugiet sparsum Et tenuem pars altera visum.

Sic Christo Et mundo quisquis partitur amor,

Huius amor planè leuis est Et frigidus: at qui

Totam animi flammam penitus defixit in vno,

Ille proculdubio constans Et certus amator.

Quinetiam latomi solertes, quique fabrilem

In lignis artem exercent, cum linea re Et

Queritur, exactaque opera captatur amissis,

Ex oculis vnum claudunt, Et lumine toto

In foucum fuso, visus acieque coacta,

Recta sequente tenent duro vestigia ferro.

Sic collectus amor, propius coniungit amantum

Pectora casta Deo: cupientem qui cupit, atque

Terrentem cernit, fit que obuius aduenienti.

Atque etiam sequenti carmine de eadem
re verba faciens huiusmodi similitu-
nibus vtitur.

*Nec, velut in lepidæ curvo solet orbe choreæ,
 Hūc dextra, hūc laeva teneas, quantūq; propinqua,
 Tantum etiam à Christo sis omnipotente remota,
 Et simul addiscas animum carnique Deoque:
 Equora nec celeri sulcans infida carina,
 Non nimium tumidas aquilone agitante procellas,
 Committe ut cursum ratis anchora iacta retardet,
 Aut illam tellure trahas, via sitque per undas
 Lenta tibi equore & similis, similisque pedestri.*

Perpetuam impiorum in hac
 vita prosperitatem repro-
 bationis argumen-
 tum esse.

81.

*Omnia cum medicus frustra tentavit in egro
 Plusque valere sua perspicit arte malum:
 Omnes agrotō tum denique laxat habenas,
 Ac sinit arbitrio vivat ut ipse suo.
 Sic sceleri infixum Deus addictumque relinquit
 Infre nem, atque suo vivere more sinit.
 Non igitur sese tum censeat ille beatum.
 Noxa etenim pœnas gignit multa graves.*

SCHOLIA.

Omnia cum medicus, D. Gregorius

I